



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

ADAMANZIO DA FIRENZE, *Oratio habita a reverendo padre Diamante ordinis Heremitarum nomine oratoris septem cantonum Helvetiorum catholicorum in eius comparitione die XX. martii M.D.L.X.II. Una cum responsione sanctae Synodi*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 39

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/27>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. C. c. 139.

C M 18c 73

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G

2 -op

f

54

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2404022

D 2404000

Stcl

T 0-op f 39

ORATIO HABITA A REVERENDO
PADRE DIAMANTE ORDINIS HEREMITARVM NOMINE ORATORIS
Septem Cantonum Helueticorum Catholico-
rum in eius comparitione Die
X X. Martii.

M. D. LXII.



VANTVM parentibus uitæ nostræ aucto-
ribus debeamus, Illustrissimi ac Reueren-
dissimi Sacri & Oecumenici Concilii Præ-
sides, Oratores clarissimi, uosque Antisti-
tes Reuerendissimi nemini, arbitror, est
obscurum, aut dubium. Tanti enim est offi-
cium, quo parentes colere iubemur, ut sta-
tim post illa tria summa de Deo præcepta,
nobis traditum, & commendatum fuerit, quo
intelligeremus debere nos prima & præci-
pua officia parentibus post Deum impendere. At si iis, qui nos in
hanc corporalem, & communem lucem ædiderunt, tantum tribuen-
dum est, quantum, quæso, illud erit, quod Matri Ecclesiæ, quæ
nos in Christo genuit, debebimus. Ab ipsa enim sola in nos man-
nant quæcunque uera, & solida beneficia sunt, Ipsa nos in ueram
uitam, seu potius æternam beatitudinem gignit uerbo Dei alit, sacra-
mentis salutaribus nutrit, denique quicquid habemus salutis eidem, ut
patri matri totum acceptum referimus. Eam ob causam omnes, qui se
legitimos eius filios profitentur, materno quodammodo iure tenen-
tur eius dignitatem contra oppugnantes suo etiam cum periculo des-
fendere, dare operam, conari, & niti, ne illius, sacrosanctus honor
ab ullo hominum uioletur, cuncta eius opprobria non secus ac sua du-
cere, & uindicare, ac denique uitam ipsam, si contingat, exponere.
Et si uero nunc per amodum paucos uidemus sanctissimo isto Zelo ac
censo, qui hinc se periculis illius causa obicere audeant, ac potius sint
ualde multi, qui illam magis a se desertam quam defensam uelint, fide
lis tamen Deus est, qui cum Ecclesiæ suæ nunquam se defuturum pro-

miserit, nec nunc etiam illam in tanta perturbatione deseruit. Ecce enim Pius noster Pontifex Maximus non passus Ecclesiam sibi creditam tot periculis agitari, ac tot hæreticorum factionibus sciendi, illud adhibuit remedium, quod in eiusmodi grauissimis tempestatibus tutissimum perfugium, & quasi sacra ancora semper existimatum est: Hic enim in hac Tridentina ciuitate sacrosanctum generale, atque Oecumenicum Concilium instituit, & aperuit. Quod sane ut ad optimum finem perducatur, utque illud patribus pietate, & doctrina claris namerosius, & ornatus indies efficiat, nulli labori, nullis incomodis omnino parcit. Existimat enim hac una ratione rebellium animos, ac ceruices facilius flecti, si inter catholicorum gregem tractandi, colloquendi que gratia conueniant, ut auditis sanioribus rationibus mitescant, & senentur. Fuit igitur hic nuncius Christianorum auribus gratissimus iuxta, ac latissimus, hic, inquam, promulgati Concilii nuncius. Nemo enim non credit hanc unam esse rationem, qua tantis Ecclesie malis cum diuino in primis auxilio succurri, & subueniri possit, nemo non sperat se hac ratione a tantis angustiis, tantoque timore facile emergere, & ereptum iri. Quamobrem pene cuncti Christiani Principes, hoc tam pium negotium, non magis ad Ecclesie pastores, quam ad se pertinere rati suos huc Oratores miserunt, cum, ut gerendis in sacro Concilio eorum nomine interessent, tum, ut rem tam necessariam omnibus uiribus addiuuarent. sunt enim, & ipsi membra Ecclesie, & tamquam stellæ in firmamento positæ, quorum est post solem, id est summum Pontificem in subiectos populos secundum datam de cælo potestatem, uirtutem influere. Itaque Consules septem Pagorum seu Cantonum, ut uocant, laudatissimorum Heluetiorum superioris Germaniæ quales sunt, Lucernenses, Vranenses, Suithienenses, Syluanienses supra, & saltus Syluam, Tugientes, Friburgenses, & Solodorienses, qui erga sedem Apostolicam, & uestram, hunc sanctissimum ordinem bene semper fuerunt affecti, noluerunt, & ipsi in re tam necessaria, & in publica quasi totius orbis causa suos Oratores desiderari. Ea præsertim de causa, quod cum audierint his sacrosanctis comitiis iacta esse tam pia, tam religiose auspiciata fundamenta in eam spem uenerunt, ut breui se uisuros sperent, quæ nunc in Ecclesia, nequitia Sathanæ, qui superfeminauit Zizania, sunt dispersa, & deiecta, nedum congregata, sed omnia unum, uti prius erant esse affecta. Quod, ut ad Dei laudem, & Christianorum salutem quam celerrime fiat in suis orationibus, & priuatim & publice precantur. Quamobrem iidem Heluetiorum Consules communi consensu Dominum hunc Melchiorum Lusi Amannum Subsyluaniensium subtus Syluam nobilem & strenuum

sanctæ Romanæ Ecclesiæ militem deauratum, uirum omni probitate,
& uirtute ornatum, uti inter suos præcipuum huc ad uos delegarunt, ut
omnibus, quæ in hoc sacro Concilio gererentur, interesset, & in omni-
bus decernendis fidem, & obedientiam eorum nomine publice spon-
deret. Cupiunt enim maxime, & uehementer exoptant, hoc uobis
testatum relinquere, se quidem quod ad fidem, religionem, & obe-
dientiam attinet, itemque alacritatem, & studium iuuandi Romanam
sedem nullis populis, qui Christiani consentur cedere, nullisque se infe-
riores putare. Gratias enim Deo agunt, quod eius munere sibi datum
est, quod iis uiribus, quibus inuicti fere semper extiterunt, in huius sed-
dis beneficium semper usi sunt. Et ne commemorem qualem operam
Ecclesiæ ante Iulii secundi tempora, ipsi Iulio secundo, Leoni decimo
Pontificibus Maximis præstiterunt, ut præteream tot contra infes-
simos Ecclesiæ hostes parcas uictorias, satis erit hoc tantum argumento
eorum fidem comprobasse, quod cum sint ipsis fidei hostibus, nedum
finitimi, sed etiam, coniunctissimi, nunquam adduci potuerunt, ut in
eorum peruerfa dogmata aliquando concederent, aut transirent, licet
ab eis quotidie omnibus pene machinis oppugnentur, quin potius eis
semper constantissime resisterunt, & tanquam legitimi Israelitæ nun-
quam cum execeratis Moabitibus iungere prophana connubia uolue-
runt. Et hoc apertissime declararunt, quando inito cum illis ipsis Reli-
gionis causa bello immanissimum, ac nephandissimum Ecclesiæ ho-
stem Zuinglium hæreticam peremerunt, extractumque e cadaueribus
combussierunt, quo testarentur sibi cum illis quamdiu extra Eccle-
siam manere uellent perpetuum, & uere (aspoudou.) bellum fore.
Nec sine causa arbitror in ipsis Italiae limitibus, & finibus constituti sunt,
ut scilicet tanquam ualidum propugnaculum obstarent, ne graue malum,
quod ab Aquilone, iuxta prophetæ uaticinium quotidie panditur, in
ipsis Italiae uiscere tam facile irrumperet, & penetraret.

Hæc autem, atque eiusmodi multa, quæ Helueticorum uirtutem tes-
tantur, & si uobis, Amplissimi Patres, perspectissima & notissima
esse arbitror, testari tamen placuit, non quidem iactationis, aut ullius
gratiæ promerendæ studio, sed ut qui que exploratissimum & persua-
sissimum habeant, Helueticos erga Romanam sedem tales semper fore,
quales omnibus prope saculis fuerint, atque eundem semper animum
in eadem beneficium & sua sponte, & rogatos allaturos.

RESPONSVM SANCTÆ SYNODI
IN ADMISSIONE ORATORVM
SEPTEM CANTONVM HEL-
uetiorum Catholicorum datum in eadem
eius comparitione Die
X X. Martii.


M. D. LXII.



VLTA sunt Oratores præstantissimi, & ea quidem præclara fortissimæ Heluetiorum gentis in Christianam Religionem merita, eiusque magna & eximia in sanctam Apostolicam sedem pietatis, & obedientiæ officia omni tempore extiterunt. Quæ, & si nunc a Sancta Synodo non commemorantur, clarissimis tamen literarum monumentis consignata sempiternam uobis laudem pepererunt; ac quod uere Christianis hominibus, & solidæ felicitatis amantibus, multo optabilius esse debet, apud Deum (ut Apostoli uerbis utamur) æternum gloriæ pondus promeruerunt. Verum quamuis cætera pietatis uestræ studia magna sane, & illustria sint, tamen haud facile dixerim an ullum magis opportunum officii, & obsequii genus, uel Christianæ Reipub. magis salutare ab Heluetiis profectum fuerit, quam quod ad sanctam hanc Oecumenicam Synodum honestissima legatione missa, se tanquam optimos Ecclesiæ filios omni ratione communis matris causam, & dignitatem defensuros esse apertissime declararint. Testatum illud quidem antea sæpius fecerunt inuicta quadam animi fortitudine, & constantia eum ferro, & armis pro uera Religione dimicandum fuit: Attamen eo nunc commendatior apud omnes, & Pio Quarto Pontifice Maximo gratior esse debet uestra hæc, quam sedulo præstatis opera, industria, ac sancta sollicitudo, quia non ad unam aliquam Christianæ Reipublicæ partem iuandam, sed ad uniuersam pene ab impiorum scelestis, una cum aliis, quibus Ecclesiæ salus curæ est, uindictandam prompto, & alacri animo accurristis: Quod igitur Sancta Synodus ad

officium suum pertinere existimauit, primum quidem uos Oratores
præstantissimi saluos, & incolumes aduenisse tam uehementer lætatur,
ut de eo etiam maximas gratias Deo optimo, & immortalis nullum
neque agendi, neque habendi finem faciat: quippe cum præter optimi,
& Christianissimi Cæsaris Ferdinandi, in cuius fide, & clientela potissi-
mum conquescit, Regumq; ac Principum egregiam erga se uoluntatē,
& propensionem, magnum etiam præsidium in uestræ laudatissimæ na-
tionis studio ad ea perficienda iam pridem collocarit, quæ Pius Quar-
tus diuino quodam beneficio turbulentis hisce tēporibus Ecclesiæ Pon-
tifex datus, rite & legitime conuocato generale Concilio instituit. Hoc
autem Sancta Synodus de optimo Heluetiorum animo antea semper
cognito, ac perspecto eo magis sibi nunc pollicetur, cum uos tales ui-
ros ad tantæ legationis munus obeundum delectos esse animaduertat,
quorum in altero maximarum rerum usum, summamque bellicæ uirtu-
tis laudem, in altero summam Ecclesiasticæ disciplinæ grauitatem, Re-
ligionem, doctrinam, in utroque autem incredibilem in Deum pieta-
tem, & in Sanctam Apostolicam sedem obseruantiam, & deuotionem
mirifice commendari non ignorat. Quibus de causis uos iam summo
amore prosequitur, & in posterum omni officii genere complectitur.
Quod uero in defendenda Sanctæ Dei Ecclesiæ autoritate, & digni-
tate perpetuum Helætiarum studium profitemini, de tam pia uolunta-
te, ac mente, ex qua præcipuam nominis commendationem maiores
uestri sibi, & posteris compararunt, uobis Sancta Synodus tum immor-
tales gratias agit, tum ex animo gratulatur, nec dubitat quin (adiu-
uante domino) constantissima, & inuicta Natio in eadem sententia
permanens sit, non solum, quia diuturna, aut firma libertatis uestræ
defensio a ueræ pietatis cultu seu incta esse non potest, uerum etiam
quod tantis iam rebus pro fidei Catholicæ, & Ecclesiasticæ libertatis
propugnatione fortiter, & feliciter gestis, uestri iam similes non esse
uobis unquam licebit. Mandata uero uestra quoad iuris est, libenter
admittit.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
39

Misc. I. c. 139

200

ORATIO HABITA 2

A REVERENDO PADRE DIAMANTE ORDINIS HEREMITARVM NOMINE ORA-

elutio-
cius

I.
NSIONE

